



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Collegium Universi Juris Canonici**

**Engel, Ludwig**

**Salisburgi, 1693**

Privilegium XXIX. In Processu Edictali & concursu Clericorum præferendum  
est Monasterium.


---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61596](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61596)

d. l. n. 35 Tiraq. priv. 151. Roman. in auth. similiter  
C. ad. l. Falc. C. Conf. 9. n. 3.

## ADNOTATIO.

**A**D n. 2. Sed quid, si sententia lata sit contra Monasterium? Resp. quod quilibet possit prodelle, non autem obesse Monasterio, e. quod ob gratiam de R. l. in 6. nisi qui sciente & non contradicente Monasterio procurator extitisset, L. qui paritur. ff. mand. ita tamen ut & hic Ecclesie restitutio in integrum concedatur.



## PRIVILEGIUM XXIX.

**In Processu Edictali & concursu Clericorum preferendum est Monasterium.**

1. Ex omni sententia Ecclesia habet Privilegium personale.
2. Probabilis est praeponi hypothecariis.
3. Res ex pecunia Ecclesie sicut & minoris comparata est eidem tacite obligata.
4. Bona administratoris etiam obligantur Ecclesie.
5. Si Monasterium crediderit in rescindendum pignus vel conservandum ex iure communi habet hypothecam privilegiam.
6. Si Ecclesia vendiderit rem aliquam & fidem de prolio habuerit, potest restitutionem in integrum petere & rem vindicare.
7. Qui vindicat praecedit Privilegiatos.

**Q**uod Ecclesie & Monasteria praeponenda sunt Creditoribus Chyrographariis vulgo den Current. Schuldnern, licet expressam hypothecam sibi non constituerint, omnes facile admittunt: Sunt vero multi qui etiam hypothecariis creditoribus anteponunt, cum Melonio de iure Pralat. p. 2. n. 15, Beuth. lib. 1. c. 5. ea enim, inquit, quae iuris divini sunt, & ad cultum divinum pertinent, non debeat humanis legibus il ligari, & multo minus supprimi. i. L. Sancimus C. de SS. Eccl. & summa est ratio quae pro Religione facit, L. sunt Persona. ff. de Relig. & sumpt. Eamque sententiam & nos amplectimur, eo quod & mulieri ratione bonorum dotalium, & filio Jus Praelationis habentibus expressè comparant Ecclesiam Tiraq. privil. 143. & 148. Everhard. in Top. in loco à dote ad Ecclesiam, & in loco à fisco ad Ecclesiam v. 16. pulchrè Franch. & Palq. de

controv. Regul. par. 2. quae sume 96. Jacob. Schult. ad Modest. Pist. q. 129. atque in confirmatione conceptu esse testatur Joann. Köppen de j. l. n. 1.

Idque multo magis procederet, si ex pecunia Ecclesie res empta probari posset, quocirca sicut pupillo, tacita hypotheca eaque privilegia conceditur, L. itemque 7. ff. Qui solvit in pig. l. ult. Cod. de Serv. pig. ant. ita non videtur Ecclesie deneganda quae iure minoris videtur, c. 1. de In. rest.

Item in bonis administratoris sui Ecclesie tacitam hypothecam exemplo minoris in bonis Curatoris communiter conceditur DD. g. aut. in c. ex literis v. obligata & in Patro, a. n. de Figu. Neguzant de pig. 4. membro 7. part. n. 22. cum seq. Köppen d. n. 25. P. in c. hinc est.

Minus dubium est, si Monasterium vel Ecclesia crediderit, ut res aliis obligata v. g. domus vel horrea & c. rescindatur, ut ab executione militari v. g. propter stultas Reipub. debitas vel ad oppressionem alia violenta bellica liberentur, tunc enim non tantum pupillo vel Ecclesie, sed com liber hypotheca privilegiata constituitur, quod suis expensis saluum pignus fecerit, in l. ancedum 5. cum seq. ff. Qui paritur in pig.

Si Ecclesia vendat rem aliquam, & fidem de pretio habeat, emptoris autem bona substatantur, & res extet; quamvis fortassis dicit possit quod fidei brevis manus censetur reser pecunia Ecclesie comparata, quasi Ecclesia suam pecuniam ad tem emendam dedisset, ut L. rogasti, 11. ff. de Reb. cred. adeoque privilegiam hypothecam habeat, iura suspensio dicitur melius tamen per restitutionem in integrum sibi consultit Ecclesia vel Monasterium, nam tunc scilicet contractu dominium revertatur ad Monasterium, & pro re vendita vindicatio competet, qui autem vindicant futurus est ante Privilegia, inquit Ulpian. in l. si veniri s. in bonis ff. de Priv. Cred. de quo restitutionis Privilegio non pluribus agemus.

## ADNOTATIO.

**A**D n. 2. Adde si filicus praefertur hypothecariis quia est causa Dei. Triid. sess. 5. c. 20. ibi: et res Ecclesie qua Dei sunt. Deinde civitas habet praerogationem, ergo & Ecclesia, quae praefertur vel saltem equiparatur civitati. l. no inter. C. de SS. Eccl.

ENGEL